



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Scopvs Biblicvs Veteris Et Novi Testamenti**

**Novicampianus, Albertus**

**Antverpiae, 1566**

De Sacramentis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30443**

tus est. Audies inquit, & ubi erit præ-  
 mium voluntatis? si enim ideo nō pec-  
 cat, quia peccare non potest, liberū tol-  
 letur arbitriū, & nequaquam nostrum  
 fiet, sed naturæ bonū quæ peccata non  
 capiet. Non igitur ex verbis prædictis  
 Ioānis aliud quid haberi potest, quàm  
 iustos neque peccatum admittere mor-  
 tale, neque posse admittere quādiu in iu-  
 stitia Dei & adoptione perseuerant, &  
 semen Dei, id est, gratia in illis perman-  
 net. Si enim Ioannes illis verbis sensis-  
 set iustos, siue ex Deo natos iustitiam  
 suam seu natiuitatem diuinam amitte-  
 re non posse, certè nō dixisset: *Vos quod*

1. IOH. 2.

*audistis ab initio, in vobis permaneat. Quia*  
*si in vobis permāserit quod audistis ab ini-*  
*tio, & vos in filio & patre permanebitis.*  
 Et statim: *Et vos vñctionem quam acce-*  
*pistis ab eo, maneat in vobis, & sicut do-*  
*cuit vos manete in eo.* Quorsum enim ad  
 permanendū in doctrina & gratia ac-  
 cepta hortatus fuisset, si perdere illā nō  
 possimus? Sunt qui aliter verba Ioan-  
 nis interpretantur, quorum interpreta-  
 tiones missas facio.

## DE SACRA- mentis.

Sed de Sacramentis quemadmo- *Sacramen-*  
 dum propositum erat dicamus. *tum.*

N 6 Sacra-



Sacramentum in literis sacris significat id quod Græci mysterium dicunt, quod sacrum secretum aut religiosum arcanum dici potest, à verbo Græco  $\mu\acute{\upsilon}\sigma\tau\epsilon\rho\alpha$ , id est, claudo, &  $\tau\eta\kappa\epsilon\rho\eta$  custodire. In qua significatione accipitur tripliciter. Primò latius, quando scilicet significat omne religiosum arcanum seu omnem rem sacram absconditam; et si alterius rei signum non sit, ut dicimus Sacramentum diuinitatis, sic Paulus Ephesijs scribens, ait: Deum nobis Sacramentum suæ voluntatis notum fecisse secundum beneplacitum suum, quod alijs generationibus est agnitum. Itidem ad Timotheum scribens innuensque ipsum Christum magnum esse pietatis sacramentum, quod inuisibilis existēs, *Manifestatus est in carne*, ait: Magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne. Secundò sacramentum dicitur sacræ rei signum, quod eius similitudinem gerit cuius signum est, ut figuræ & signa veteris testamenti sacramenta appellantur. Tertiò sacramentum peculiariter significat sacramenta nouæ legis, quæ sunt signa visibilia inuisibilis gratiæ Dei, quam Deus certò et efficaciter in ipsis operatur, modo ritè nec indignè tractentur. Numerantur autè nouæ legis sacramen-

Sacramenti acceptio triplex.

1

Eph. 3.

1. Tim. 3.

2

3

Sacramenta nouæ legis.



ta septem, Baptismus, Cōfirmatio, Eucharistia, Pœnitentia, Extrema vnctio, Ordo, & Matrimonium. Horū quinq; ad spiritualem vniuscuiusque hominis in seipso perfectionē, duo vltima ad totius Ecclesiæ regimen, multiplicatio- nemque ordinata sunt. Per Baptismum enim spiritualiter renascimur. Per con- firmationem augemur in gratia, & ro- boramur in fide. Renati autem & ro- borati, nutrimur diuina Eucharistiæ alimonia. Quod si per peccatum agri- tudinem incurrimus animæ, per pœni- tentiam spiritualiter sanamur: spiritua- liter etiā & corporaliter (prout animæ expedit) per extremam vnctionem. Per ordinem verò Ecclesia gubernatur, & multiplicatur spiritualiter: per matri- moniū corporaliter augetur. Inter hæc tria sunt, Baptismus, Confirmatio, & Ordo, quæ characterem, id est, spiritua- le quoddam signū à cæteris distinctū, imprimunt in anima indelibile. Vnde in eadem persona non reiterantur. Re- liqua verò quatuor characterem, non imprimunt, & reiterationē admittunt. Sacramēta duabus potissimū de cau- sis diuina authoritate instituta sunt. Altera vt sint signa, & notæ quædam magnæ illis congregationis, quæ est Ecclesia. In nullum enim nomen coa-

*Effectus sa-  
cramētōrū.*

*Characterē  
imprimētia  
sacramēta.*

*Sacramen-  
ta quare  
instituta.*



*Aug. contra  
Faust. li. 19*

2

*1. Cor. 10*

*Differentia  
inter sacra-  
menta ve-  
teris & no-  
vae legis.*

*Sacramēta  
sunt sub visi-  
bili forma  
instituta.*

gulari homines possunt, ait Augustinus, nisi aliquo signaculorū vel sacramentorum visibilium consortio colligentur. Altera verò est, ut non solum significant, sed etiam sanctificent & conferant inuisibilem Dei gratiā, non propria rerū externarum virtute, aut merito ministri: sed Domini instituentis ac secretius operantis. Itaq; etsi decet bonum esse sacramentorū ministrum, tamen malus etiam potest ea vtiliter dispensare. Non enim pendent sacramenta ex dignitate ministrorū, sed ex mandato & ordinatione diuina. Clamat contra Corinthios Paulus, quod aestimarent Baptismi gratiam à ministris, dicentes: *Ego sum Pauli, ego Apollo, ego verò Cepha, ego verò Christi.* Quasi cuiusvis esset Christus, vel Paulus, vel Apollo pro ipsis crucifixi, aut in nomine Pauli, & non potius Christi baptizati essent. Atque hinc liquet quantum differrebant Sacramenta legis nouae à veteris legis sacramentis. Illa enim non conferrebant gratiam Dei, sed eā solum participationē Christi dandā figurabant: haec verò & continēt gratiā, & ipsam dignitatem Deo omnipotens potuit sine omni visibili forma, gratiam suam nobis donare: tamen quoniam carnales se-

D  
mus, &  
dum t  
toque  
nimus  
pimus  
bis in  
merui  
mus, &  
stituit  
firmam  
visibil  
mus p  
ctum  
certò  
Sac  
tur, vi  
bis tar  
confer  
tione  
rum fi  
crame  
ment  
vitae  
nim r  
cimur  
homi  
nisi ex  
rimus  
stus)  
igitur  
homo



mus, & ad spiritualia capeffenda admodum tardi, carne existente infirma, multoque plus nos afficiunt quæ oculis cer-  
nimus, quàm quæ aurium sensu percipi-  
mus: idcirco vt eam gratiam quã nobis in ara crucis moriêdo Christ<sup>9</sup> pro-  
meruit, participemus, & nobis applice-  
mus, sub forma visibili Sacramenta in-  
stituit, quæ suo verbo & promissione  
firmavit, & inter initia sacramentorum,  
visibilibus signis, ac miraculis, vt scire-  
mus per eorum legitimum vsu, fru-  
ctum suæ passionis nobis efficaciter &  
certo communicari.

Sacramenta omnia tribus perficiuntur, videlicet rebus tanquã materia, ver-  
bis tanquam forma, et persona ministri  
conferentis sacramentum cum inten-  
tione faciendi quod facit Ecclesia. Quo-  
rum si aliquid desit, non perficitur Sa-  
cramentum. Primum omnium sacra-  
mentorum locũ tenet bap̄tismus, quod  
vitæ spiritualis est ianua. Per ipsum e-  
nim membra Christi, ac de corpore effi-  
cimur Ecclesiæ. Et cũ per primum  
hominẽ mors introierit in vniuersos,  
nisi ex aqua & Spiritu sancto renati fue-  
rimus, non possumus (vt inquit Chri-  
stus) in regnum cœlorum intrare. Est  
igitur Baptismus Sacramentum, quo  
homo regeneratur in nouam crea-  
turam,

*Sacramenta  
quibus per-  
ficiuntur.*

*Ioan. 3.  
Baptismus  
Ephe. 2.  
69.3.*



210 ANNOTATION.

turam, cūm aliās sit filius iræ. Baptis-  
mus Græca vox est, significās tinctio-  
nem, lotionem. Quamobrem vocabu-  
lum genere acceptum, etiam ad lotio-  
nem rerum externarum accommoda-  
tur, vt apud Marcum: *Pharisei, & om-  
nes Iudæi à foro venientes, nisi baptizentur, non comedunt.* Materia huius sacra-  
mēti est aqua vera, & naturalis, id quod  
colligitur ex verbo Christi: *Nisi quis re-  
natus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, nō  
potest introire in regnum Dei.* Forma au-  
tem est: Ego te baptizo in nomine Pa-  
tris, & Filij, & Spiritu sancti, à Christo  
tradita in Euangelio, cūm præcepit Ap-  
postolis, vt in nomine Patris, & Filij,  
& Spiritu sancti baptizarent. In quod  
quidem verbum imprimis intuen-  
dum est: In aqua enim verbum mūdatur. De-  
trahe verbum (vt ait Augustinus) &  
quid est aqua, nisi aqua: accedit ve-  
rum ad elementum, & fit sacramen-  
tum. Cūm igitur dicit minister: Ego te  
baptizo in nomine Patris, & Filij, &  
Spiritu sancti: sensus verborum est:  
Hoc visibili signo tecum paciscor, &  
testor te recōciliari Deo, te recipi à Deo  
qui est pater & filius & Spiritu sanc-  
tus. Minister sacramenti huius est Sa-  
cerdos, cui ex officio competit bapti-  
zare. In causa tamē necessitatis nō solum  
sacer-

*Marc. 7.*

*Materia  
Baptismi.*

*Ioan. 3.*

*Forma ba-  
ptismi.*

*Matth. vii.*

*August. in  
Ioan.*

*Minister sa-  
cramenti  
Con. Flor.  
281. 6.*

D  
sacerd  
cus, &  
reticus  
mam  
dat, qu  
Bap  
minis,  
mus el  
nō hab  
sed po  
nibus  
sta scri  
pœnit  
intelli  
mum  
quò fe  
pe in r  
do dic  
prædi  
bene f  
non d  
factur  
cibus,  
rator  
parari  
ficia c  
co præ  
pœnit  
remis  
Flam  
tullar



sacerdos, vel Diaconus, sed etiam laicus, & mulier, imò etiã gentilis, & hæreticus baptizare potest, dūmodo formam seruet Ecclesiæ, & facere intendat, quod facit Ecclesia.

Baptismi triplex genus, fluminis, fluminis, & sanguinis. Fluminis baptismus est, quo Ioannes baptizabat, qui nō habebat remissionem peccatorum, sed pœnitentiam solã afferebat hominibus. Quod autem Marcus Euãgelista scribit Ioãnem prædicasse baptismũ pœnitentię in remissionẽ peccatorum, intelligendũ est, illũ prædicasse baptismum pœnitentię, hoc est, prædicasse, quò ferret baptismus pœnitentię, nẽpe in remissionem peccatorũ. Vt quando dicimus: Venit quidã satelles Regis, prædicans ciborum præparationem, ut bene fiat his qui præparãt cibos regios: non dicimus hoc, quòd satelles bene facturũ sit his, qui præparant regios cibos, sed quòd ipse prædicarit præparationem ciborum, ut hi qui illos præparant, Regemque susceperint, beneficia consequantur. Sic igitur & hoc loco prædicauit pœnitentiam, ut hi qui pœnitentiã egerint, suscepto Christo, remissionẽ peccatorum consequantur. Fluminis autem baptismus, est spiritus sancti, quem instituit Christus.

*Baptismus  
triplex,*

*Baptismus  
Ioannis.  
Marc. 1.*

*278. 4.*

*Theoph. in  
Marcum.*

*Fluminis  
baptismus.*

San-



*Baptismus  
Sanguinis.  
Cyprianus.*

Sanguinis verò, quo infantes ab Hero de occisi, sunt initiati. De quibus Cyprianus: Hi nuper cruore lacteo loci, primitias Baptismi martyrio consecraverunt, tradentes posteris formam, ubi et titulus necessitatis excluderet moram, non minus ad lauacrum animæ sanguinem efficacem, quàm sanctificatas verbis aquas, maximè cum nec sanguis hoc elemento careat, sed aquarum motu per totum corporis alveum fluat. Spiritus verò sanctus & aquis & sanguini superferitur, quod subiectos sibi fouet & abluunt, quo baptisante, idem occisio quodmersio operatur: hæc ille.

349.5.

*Confirmatio.*

Secundum sacramentum est Confirmatio, in qua Spiritus sanctus datur ad robur & augmentum virtutis, quo aduersus peccatorum, mundi, diaboli insultus homo confirmetur, nullisq; terroribus à Christi confessione separari queat. Ideoque in fronte, ubi veretur diæ sedes est confirmandus inungitur, ne Christi nomen confiteri erubescat, & præcipue crucem eius: *Qua* (vt Paulus ait) *Iudeis est scandalum, Gentibus autem stultitia.* Propter quod signo crucis signatur. Eius Sacramenti exemplum est in Actibus Apostolorum, quando Apostoli his qui erant in Samaria imponebant manus, & orabant, vt acciperent Spiritum.

*Cur unctio  
in fröte fit.*

1. Cor. 1.

*Exemplum confirmationis  
Actuum. 8.*



tum sanctum. *Nondum enim* (scribit Lucas) *in quempiam ipsorum venerat, sed baptizati tantum in nomine Domini Iesu.* Quin & illud ad confirmandū hoc sacramentū pertinet, quod Apostolis accidit: qui cū accepissent spiritum sanctum, insufflante in eos Christo, ut scribit Ioannes, ijde tamen acceperunt Spiritum sanctum in die Pētecostes, ut testatur Lucas. Illic enim spirituale donum, ut peccata remitteret: hic verò aliorum charismatū virtutē acceperant.

*Ioan. 20.*

*Act. 2.*

*Theoph.*

Materia confirmationis, est Chrisma confectum ex oleo, quod nitorem significat conscientiae & balsamo, quo significatur odor bonae famae, per Episcopū benedicto. Significat autē Chrisma idem quod unguentum seu unctio. Et quanquam sacramentum Confirmationis initio impositione manuum tantum celebratum fuit: tamen Ecclesia sub ipsis statim Apostolorum temporibus, ex eorundē (ut grauiissimi scriptores docent) traditione, ut externo signo internam Spiritus sancti unctiōnem designaret, ritui eius adhibuit Chrisma. Quo cū in veteri lege Reges & Sacerdotes vsi sunt, non immeritō & Christiani Spiritu sancto uncti, utitur, quippe qui facti sunt (testante Petro) regale sacerdotium, quodd

*Materia cō  
firmationis*

*Chrisma.*

*Solutio ob-  
iectionis.*

*1. Petr. 2.*



quodd scilicet illi spirituales hostias offerant, sintque de vice eius, qui est Rex & sacerdos in aeternum.

*Forma confirmationis*

Forma confirmationis est: Signo te signo Crucis, et confirmo te Christum te salutis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.

## DE SACRAMENTO Eucharistiae.

*Sacramentum Eucharistiae cur institutum à Christo.*

1. Cor. 11.

*Eucharistia.*

285.4.

1. Cor. 10.

Sacramentum Eucharistiae ex Instituto Christi sumitur: Primum, ut recolatur passio Christi, et summa Dei in genus humanum beneficia, & amor, atque ita Deo agatur gratia. In quam sententiam dixit Paulus: *Quotiescumque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis, donec veniat.* Vnde à quibusdam sacramentum hoc Eucharistia dicitur Græco vocabulo, id est, gratiarum actio, seu gratitudo, quodd scilicet gratissimis animis mortem Christi recolere debemus. Deinde ut significetur & confirmetur arctissima coniunctio mystici corporis cum capite, hoc est, Christi & Ecclesiae, ad quem modum dixit Paulus: *Unus panis & unum corpus multi sumus, qui de vno pane, & de vno calice participamus.* Christus item apud Ioannem



Qui manducat meam carnem, & bibit Ioan. 6.  
meum sanguinem, in me manet, & ego in  
eo. Eam ob rem Sacramentū hoc Græ-

cis dicitur *Synaxis*, id est, conciliatio  
sive communio. Postremò, quòd hoc  
sacramento dignè sumpto gratia auge-  
tur, & vita spiritualis acquiritur. De  
quare Christus loquitur: Qui manducat  
meam carnem, & bibit meum sanguinem,  
habet vitam eternam. Item: Amen, amen Ioan. 6.  
dico vobis, nisi manducaveritis carnem fi-  
lij hominis, & biberitis eius sanguinem,  
non habebitis vitam in vobis.

Materia eius Sacramenti est panis *Materia sa-*  
triticus, azymus seu fermentatus, & *cramenti.*  
vinum. Idque aptissimè: Quamad- *Euchari-*  
modum enim ex multis granis confi- *st. a.*  
citur vnus panis, & ex pluribus aci- *Con. Flor.*  
nis vinum confluit: sic Ecclesia, quæ  
est corpus mysticum ex multis fide-  
libus, charitate copulante connecti-  
tur. Et sicut panis hic terrestris imbe-  
cillitatem carnis nostræ reficit & con-  
seruat, & vinum hominem lætificat:  
sic sacramentum Eucharistiæ interio-  
rem reficit & lætificat, cùm intelligit  
per Christum se adeptum esse omnia.  
Constat autem sacramentum Euchari *Quibus con-*  
stiæ duobus, visibili elementorum spe- *st. at sacra-*  
cie, & inuisibili Dñi nostri Iesu Chri- *mentū Eu-*  
sti carne & sanguine. Neque enim il- *charistiæ.*  
lic



lic videtur corpus & sanguis Christi, nisi per accidēs, quatenus videtur species & signa, sub quibus lateo verū corpus Christi, & sanguis. Vt Christus ipse testis est locuples, cū diceret: *Qui meo ducat meam carnem et bibit meum sanguinem, in me manet, et ego in eo.* Et Paulus: *Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat: qui enim manducat & bibit indignē, iudicium sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini.* Quod verò corpus Domini post cōsecrationem vocat scriptura panem, id fit per metonymiam, quā plerumque materia ponitur pro materiato, vt dicitur. Vt inter cætera illud Ecclesiasticū: *Quid superbis terra & cinis?* Sic corpus Domini nostri Iesu Christi panis dicitur, quod ex pane fit, & panis qualitates retinet.

*Forma Eucharistie.* Forma huius Sacramenti, sunt verba Saluatoris, quibus hoc conficitur sacramentū: *Hoc est enim corpus meū, & Quæ verba Sacerdos in persona Christi loquens hoc sacramentum conficit.* Nam ipsorum verborum virtute, substantia panis in corpus Christi, & substantia vini in sanguinem conuertuntur, ita tamen vt totus Christus contineatur sub specie panis, & totus sub specie vini, sub qualibet quoque parte hostiæ

Ioan. 6.

1. Cor. 11.

Solutio objectionis,

Eccle. 10.

Forma Eucharistie.

Con. Flor.



hostiæ consecratæ, & vini consecrati  
(separatione facta) totus est Christus.  
De quo Ecclesia canit: Fracto demum  
sacramento, Non vacilles, sed memen-  
to, Tantum esse sub fragmento, Quan-  
tum toto tegitur. Nulla rei fit scissura,  
Signi tantum fit fractura, Qua nec sta-  
tus, nec statura, Signati minuitur. Sub  
diuersis speciebus, Signis tantum, & non  
rebus, Latent res eximia: Quod non ca-  
pis, quod non vides, Animosa firmat fi-  
des, Præter rerum ordinem. Miraris quod  
in qualibet parte Eucharistiæ totum cor-  
pus & integrum manet: cur non mi-  
raris, quod in speculo representatum,  
in qualibet eius parte relucet integrum?  
Cur non miraris, quod vox eadem à  
proferente edita, omnium auribus in-  
tegra accipitur? Miraris, quod corpus  
in tam parua hostia, vt dicitur, conti-  
netur: cur non miraris, quod exigua  
oculi pupilla montem vel maximum  
apprehendit? Sed hic captiuandus  
intellectus. Neque religio  
Christiana argumenta  
requirit, sed fidem,  
At ea de re a-  
liàs la-  
rius.

DE



**S**uperest ut de Pœnitentia dicamus. Christus pro his qui in peccata post baptismum labuntur, sacramentum instituit Pœnitentiæ, cum dixit, *Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittentur eis: quorum retinueritis, retenta sunt.* De hac pœnitentia scriptum est *1. Iud: Memor esto unde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac.* Et alibi *Quæ secundum Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur.* Proinde grauiissimi authores pœnitentiam, secundam tabulam post naufragium perditæ gratiæ, aptè nuncuparunt. Pœnitentia dicitur, quasi pœnæ tenentia, quod pœnam teneant pœnitentes, & seipso puniant pro admisis peccatis.

Pœnitentia constat quinque partibus, cessatione à peccatis, detestatione, confessione, absolutione, & satisfactione. Quidam tres partes pœnitentiæ ponunt, contritionem, confessionem, satisfactionem. Verum hi comprehendunt sub contritione cessationem à peccatis, sub confessione absolutionem. Nonnulli fidem faciunt partem pœnitentiæ: verum illa est

Iohan. 20.

Apoca. 2.

213.17.

2. Cor. 4.

Pœnitentiæ

Elymon.

Partes pœ-

nitentiæ.

Con. Flor.

Fides.

fund  
nisi c  
nia.

De

ter ca

niar n

buit

lingu

cogita

num,

mon

arma

opera

rinth

stus n

&amp; ill

hom

tur: C

lota i

se del

nimi

De

cessa

possi

vt di

tur,

do, a

Deu

se gra

meli

incip

funda



fundamentū omnia operis boni. Nam nisi crediderimus, labuntur nobis omnia.

De cessatione à peccatis, testis est inter ceteros Esaias, qui ut impius inueniat misericordiam, primas partes tribuit cessationi à peccatis, dicens: *Derelinquat impius viam suam, et vir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad Dominum, & miserebitur eius.* Et Paulus admonere volens Romanos, ut induerent arma lucis, prius admonuit, ut abiceret opera tenebrarum. Et similiter ad Corinthios: *Expurgate vetus fermentum, ut sitis noua conspersio, sicut estis azymi.* Huc & illud prouerbiū Petri pertinet, de hominibus qui in eadē vitia reuoluuntur: *Canis reuersus ad suū vomitū, & sus lota in volutabro luti.* Porro cessatio esse debet, quæ ex proposito & firma animi deliberatione proficiscitur.

Detestatio autem peccatorum necessaria est, quod peccata ita abijcere possumus, si nobis displiceāt. Sub hac, ut dictum est, contritio comprehenditur, quæ est vehemens animi amaritudo, ac intimus dolor conscientia, quæ Deum irasci peccatis sentit, & peccasse grauius dolet, cum voto vitam in melius cōmutandi. Hæc, ut plurimum, incipit & concipitur fide historica, &

*Cessatio à peccatis.*

*Esaiæ. 55.*

*Roman. 6.*

*1. Cor. 6.*

*1. Pet. 2.*

*Detestatio peccatorum*

*Contritio.*

*Contritio vnde incipit.*

O timo-



*Differentia* timore seruili, sed non perficitur nisi  
*veræ ei fal* de sincera, & timore filiali. Qui quidē  
*se pœnitent* timor cum fide coniunctus, veram pœ-  
*tiæ.* nitentiam à falsa discernit, & contri-  
 tionem non verè pœnitentis, ab ea  
 quæ est verè pœnitentis. Impius e-  
 nim concepto timore seruili ex metu  
 supplicij, atque ibi consistens in despo-  
 rationem adigitur. Quod videre est in  
 Cain, Pharaone, Iuda traditore, & ce-  
 teris. Contra quos Deus clementer re-  
 spicit in hoc dolore constitutos: hi qui  
 ex timore per fiduciam misericordie,  
 ad timorem filialem gradum fecerunt,  
 tum demum ad veram pœnitentiam  
 contristantur. Quales fuere: David, Ni-  
 niuitæ, Maria Magdalena, & ceteri.  
*Apoca. 5.* Qui non vt impij obdurant, sed scin-  
 dunt corda sua, Deo ante ostium stan-  
 ti, ac pulsanti, aperientes. Ad hanc pœ-  
 nitentiam interiorē passim nos scri-  
 ptura prouocat. *Scindite* (Inquit Iosē)  
*corda vestra & non vestimēta vestra.* Et  
*Esaiæ. 66.* Esaias ait: Dominum habitaturum in  
 corde contrito & humiliato. *Sacrifici-  
 um enim Deo* (ait Psalmographus) *spiritum  
 contribulatus, cor contritum & humili-  
 tum Deus non despicies.* Quamuis autem  
 sanctior est pœnitentia, quam timor fi-  
 lialis, in bonitatem Dei respiciens  
 inchoat & format: tamen quia est he-



fragilitas humana, & imperfectio, vt non facile attollant oculos ad bonitatem Dei, nisi prius irā senserint. Quē admodum ait Psaltes: *Quā occideret eos, querebant eum, & reuertebantur, & diluculo veniebant ad Deum.* Proinde placuit grauisimis authoribus pœnitentiæ doctrinam à timore seruili non ineptè ordiri. Hinc comparant illi timorem setæ. Vt enim per setam linum introducit, sic per hunc timorem, charitati locus præparatur. Et nisi seta exeat, non succedit linum. Ab hac timoris incusatione, doctrinam pœnitentiæ Ioannes exorsus: *Iam securis ad radicem arboris posita est. Omnis ergo arbor, quæ non facit fructum, excindetur, & in igne mittetur.* Nec aliter Christ⁹: *Nisi pœnitentiã habueritis, omnes simul peribitis.* Et alibi: *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animã verò occidere non possunt, sed potius time te eum, qui potest, & corpus & animam mittere in gehennam.*

*Psalm. 77.*

*Similitudo*

*Marc. 3.*

*Lucæ. 13.*

*70. 14.*

*Matth. 10.*

O. 2 DE



DE CONFES-  
sione.

332. 20. **C**onfessio est duplex: laudis, & pec-  
*Hilar. in* catorum: hæc posterior est pars  
*Psal.* pœnitentiæ. De laudis confessione est  
*Math. 11.* illud Christi apud Matthæum: *Confite-  
 or tibi pater, Domine cœli & terræ, quia  
 abscondisti hæc à sapientibus.* Et illud  
*Psal. 66.* Psalmographi: *Confiteantur tibi populi  
 Deus.*

**Confessio** Confessio peccatorum est triplex.  
*peccatorum* Vna interior, qua soli Deo peccata con-  
*triplex.* fitemur, eius misericordiam implorantes.  
*Psal. 31.* De qua illud est Davidis: *Dixi confitebor  
 289. 27. aduersum me in iustitiam meam. Da-  
 mino, & tu remisisti impietatem peccati mei.*  
*Psal. 50.* Item illud: *Quoniam iniquitatem meam  
 agnosco, & peccatum contra me est scien-  
 per.* Altera confessio est fraterna. De  
 qua illud est Christi apud Matthæum:  
*Si offers munus tuum ad aram, ei tibi rem  
 datum fueris, quia frater tuus habet ab-  
 quid aduersum te, relinque illic munus tuum  
 ante altare, & vade prius reconciliare fratri  
 tuo, & tunc veniens offer munus tuum.*  
*Matth. 5.* De eadem & illud Iacobi intelligi po-  
*Iacobi. 5.* test: *Confitemini alterutrum peccata ve-  
 que fit sa- stra, & orate pro inuicem, ut saluemini.*  
*cerdotibus.* Tertia, quæ fit sacerdotibus, habetibus  
 270. 27. leg-



legitimam potestatem remittendi peccata, qui quidē sacerdotes legatione (vt Paulus ait) funguntur pro Christo: illisq; data potestas dimittendorum peccatorum per Christū, cūm diceret: Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorū retinueritis, retēta sunt. Ea in vniuersum est duplex: publica, & secreta. Publica, quę fit per sacerdotes nomine totius populi, ac ipsum etiā populum comitantē verbis sacerdotem. Eius exemplum est apud Neemiam: vbi populus confitetur peccata sua, & iniquitatem patrū suorum. Et in Leuit. præceptū erat, vt Episcopus posita vtraq; manu super hircū quem offerebat, confiteretur omnes iniquitates filiorum Israēl, & vniuersa debita. Priuata autem, quę & sacramentalis à patribus dicitur, est quando sacerdos fit peccatorum confessio sacerdoti, legitimā potestatem habenti remittendorum peccatorum. Qui quidē sacerdos grauatam conscientiam habentibus, consiliū, consolationē, & absolutionē dat. Eius confessionis exemplū est, vt grauisissimi authores tradūt, apud Matthæū; in populis Ioanne baptizante peccata confitentibus. Et Actū. 19. Vbi scribitur, multos credentiū venisse ad Apostolos, cōfidentes & annuncian-

2. Cor. 5.

Ioan. 20.

Confessio

publica &

secreta.

Neem. 9.

Leuit. 19.

Confessio

priuata.

266. 24.

Sacerdos

quid confe

rat pœni-

tenti.

Matth. 3.

Actū. 19.

Actū. 19.



ciantes actus suos. Quin & Christus  
 331.2. ipse, cum Apostolis, eorumq; successo-  
 ribus potestatem dedit dimittendorum  
 Ioan. 20. peccatorū, vt scribitur apud Ioannem,  
 certè cōfessionē tacitè indicauit. Quid  
 enim soluet sacerdos, si nihil ei confes-  
 sum fuerit? Eius secretæ confessionis  
 Cyp. Am. 5. est mentio crebra apud Cyprianū, Dio-  
 de lapsis. nysium, & ceteros vetustissimos. Con-  
 Dionsi. ad fessionem sacramentalem quidā aiunt  
 Demophilū sufficere quandoq; saltem in voto, vel  
 suo tempore faciendam, quòd non sit  
 necessaria ad reparationem lapsi con-  
 And. Vega. fessio, sicut cessatio à peccatis, & corū  
 detestatio: satis quippe esse aiunt, voti  
 seu propositū confitendi, tempore quo  
 peccator ad id astringitur, videlicet se-  
 mel in anno ex statuto Ecclesie, & tem-  
 pore susceptionis Eucharistia, & in pe-  
 riculo mortis, ex iure diuino.

## DE ABSOLV- tione.

Absolutio. ABSolutio, est solutio à peccatis  
 per sacerdotem facta, virtute di-  
 uina sibi collata. Cuius potestatis illud  
 testimonium apud Ioannem Christi  
 Ioan. 20. loquētis ad Apostolos: Quorum remis-  
 ritis peccata, remittuntur eis, & quorum  
 retinueritis, retinentur.



reinuertis, retenta sunt. Et illud apud *Matth. 16.*  
 Matthæum: *Quodcunque ligaueris super*  
*terram, erit ligatum & in cælo: Et quod-*  
*cunque solueris super terram, erit solutum*  
*& in cælis.*

Forma absolutionis: Ego absoluo te *Forma ab-*  
 à peccatis tuis, in nomine Patris, & Fi- *solutionis.*  
 lij, & Spiritus sancti. Quæ huic promif-  
 sioni innixa est: *Quorum remisistis pec-*  
*cata, remittuntur eis.* Adduntur quædam  
 preces sub absolutionem. Quod  
 verò manus sacerdotis super caput pœ-  
 nitentis imponitur, indicat manū Dei,  
 hoc est, diuinā virtutem, seu Spiritus  
 sancti gratiam, emundantem ac san-  
 ctificantem, & sacramento adesse. Pre-  
 terea manus impositio apud veteres, si-  
 gnum erat reconciliationis.

DE SATISFA-  
 ctione.

Satisfactio, quæ est pars pœnitenti-  
 æ, intelligitur ea, quæ fit per iei-  
 unia, eleëmofynas, orationes, & a-  
 lia pia vitæ spiritualis exercitia. Non  
 quod vim hæc inferant Deo, vt velit no-  
 lit, ea acceptet pro peccatis, nam ex  
 sola misericordia ea remittit, & no-  
 stras quales quales satisfactiones ex be-  
 nignitate & clementia acceptat: quas  
 O 4 qui



quidem satisfactiones post dimissam culpam per contritionem & absolutionem, ipsi sponte, vel ex consilio & inunctione sacerdotum subimus. Nec ex natura sua tantus illis valor convenit, ut possint censerī merita ex condigno. Nā

*Roma. 8.*

(ut Paulus ait) *non sunt condigne passionēs ad futuram gloriam, quae reuelabitur*

*Duplex est satisfactio.*

*nobis. Ut autem ea planius intelligatur, sciendum est duplicem esse satisfactionem.*

*Titum. 2.*

Hæc soli Christo tribuitur: *Qui* (ut Paulus ait) *dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem seculo bonorum operum.* Cui & Ioannes subscribit, dicens: *Christum factum esse propitiationem pro peccatis nostris, & non pro nostris tantum, sed & pro totius mundi.* Id

*1. Ioan. 2.*

autem verum est quod ad sufficientiam, licet non efficientiam, quod non omnes sibi hunc satisfactionis Christi fructum applicari curent. Applicatur autem hæc

*Satisfactio Christi quomodo applicetur.*

satisfactio à Deo per veram contritionem & fidem. Altera, est satisfactio in priore fundata, quæ fit, ut dictum est, per ieiunia, eleemosynas, & orationes, & alia pia vitæ spiritualis exercitia, non pro æterna poena, quia dimissa culpa nullus reatus manet ad poenam æternam,

nam  
as, a  
fem  
grat  
exem  
thar  
fabe  
ser, i  
caui  
phet  
tum  
miff  
dã p  
qua  
mim  
est ti  
tus  
Pro  
xit,  
cti f  
mo  
ros  
sis  
lepr  
ad p  
ei E  
crec  
resp  
ver  
dit  
mai



nam, sed ad expiandas peccati reliquias, aut pro poena temporali, quae non semper cum culpa dimittitur lapsis à gratia baptismali. Cuius quidē rei est exemplum in Dauide. Quem cū Nathan Propheta de adulterio cum Bersabee, & de homicidio Vriæ obiurgasset, illeq; cōpunctus corde dixisset: *Peccavi Domino.* Mox audiuit ab eodē Propheta: *Transtulit quoque Dominus peccatum tuum.* Sed nē quisquā putaret, dimissa culpa, nullam superesse exoluentā poenam, statim adiecit: *Veruntamen, quia blasphemare fecisti inimicos nomē Domini, propter verbum hoc filius, qui natus est tibi, morte morietur.* Neq; hoc contentus Dominus, grauib; alijs malis, quae Propheta comminatus est, Regem afflixit, stuprata est filia, coniuges, interfecti filij Ammon & Absolon, ipse maximo cū dedecore expoliatus regno, Hierosolymis discessit. Maria soror Moysis iubente Domino, septem diebus leprosa mansit extra castra, tametsi ad preces Moysis, detractionis culpam ei Deus dimiserat. Moysi orāti pro incredulitate & diffidentia sui populi, cū respondisset Dominus: *Dimissi iuxta verbum tuum.* Et tamen statim addidit: *Attamē omnes homines, qui viderunt maiestatem meam, & signa quae feci in*



*Aegypto & in solitudine, & tentauerunt me iam per decem vices, neque obedierunt voci meae, non videbunt terram, pro qua iuravi patribus eorum.* Et ipse Moyses, Aaron absoluti à peccato incredulitatis apud aquam contradictionis, adhuc manserunt rei, vt non ingrederentur in terram promissionis. Item abolito peccato originali per Baptismum non simul tamen abolentur eius peccati poenae, quae sunt omnia corporis incommoda, atque adeo mors ista corporalis. Huc pertinet illud Seruatoris, quando exprobrat Corozaim, & Bersaida, qui non in cilicio & cinere poenitentiam agerent, quam olim fecissent Tyrus & Sydon, si factae fuissent virtutes, quae fiebant in ipsis. Item illud: *Eleemosyna liberat à peccatis.* Et quod Daniel consulit Nabugodonosori, vt peccata sua eleemosynis, & iniquitates suas misericordia in pauperes redimeret. In quibus locis appellatione peccati, poena pro peccato debita intelligenda est. Sunt & aliae rationes satisfactionis, nimirum, vt sit in Ecclesia disciplina, maxime in coercendis publicis delictis, denique vt ceteri à flagitijs dehortentur. Haec autem poenitentia suam materiam, & formam. Materia est actus poenitentis, & dolentis de peccatis commissis.

For-



Forma autem est absolutio. Et cum omnes quinque partes pœnitentiæ, ad perfectam absolutionem peccatorum De partibus pœnitentiæ propositiones quædam. ut plurimum necessariæ sint, tamen solæ duæ, confessio & absolutio, ex consensu omnium ad essentiam huius sacramenti requiruntur. Neque in confessione aut detestatione, aut satisfactione virtus est ex opere operato (ut dicitur) remissiva peccatorum, sed duntaxat in absolutione.

## DE SACRAMENTO Ordinis.

Sacramentum Ordinis, est quoddam signaculum Ecclesiæ, quo spiritalis potestas traditur ordinato, qua suscipiens consecratur. Institutum est autem sacramentum ordinis, cum signo impositionis manuum, et alijs huic sacramento congruentibus ritibus, quo qui cōsecrarentur ad munera Ecclesiæ acciperet gratiã, qua ad eadem ipsa munera administranda apti, habiles, atq; idonei efficerentur. Hinc illud Apostoli ad Tim. 4. *1. Tim. 4. Noli negligere gratiam, quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiã, cū impositione manuum presbyterij.* Hoc aut sacramentum verbis Christi nicitur: *Sicut me Ioan. 20. misit pater, ita & ego mitto vos. Accipite*

9 6 Spi-



- 293.24. Spiritum sanctum, quorum remisistis peccata, remittuntur eis. Item: Euntes in mundum uniuersum predicate Euangelium omni creature. Itē: Euntes docete omnes Gentes, baptizantes eos. Itē: Hoc facite in meam commemorationem. Quibus igitur in perpetua Ecclesie successione manus imponunt Episcopi, ut ordinibus intrentur, potestatem muneris sui exequendi dant. Ea autem potestas est duplex ordinis, & iurisdictionis. Sub alteram cadit ministerium uerbi diuini, administratione Sacramentorum, & Ecclesiarum ordinatio ad aedificationem. Sub alteram uero potestas excommunicandi. Quamuis autem omnes Christiani sunt Sacerdotes, quatenus spirituales hostias Deo offerre, & nomen eius in omni loco uiliter inuocare possunt, non omnes tamen sunt Ecclesie ministri tales, quales sunt in hoc ritu ordinati. Vnde duplex sacerdotium esse dicitur. Vnum internum & spirituale, quod est omnibus Christianis, saltem pijs, commune, qui Christi summi sacerdotis ac Regis membra per baptismum sunt effecti. De hoc sacerdotio intelligitur illud Petri Apost. quo alloquitur omnes Christianos: Vos estis genus electum, regale sacerdotium. Item illud in Apocalypsi: Dilexit nos & lauit
- Potestas sacerdotum duplex.**
- Solutio objectionis.**
- Sacerdotium duplex.**
- 293.24.
2. Petri. 6.



nos à peccatis nostris in sanguine suo, et fecit nos regnū et sacerdotes Deo patri. Aliud sacerdotium & regnum est externum, de quo paulò ante dictū est, gratia scilicet quaedam & potestas, quæ per traditionē visibili quodam signaculo baptismatis infunditur, cū per manus impositionem ad munus aliquod in Ecclesia publicè gerendū ritè ordinantur. Hoc sacerdotium duplex, & in veteri testamento reperitur. Siquidem de interno Iudæis dicitur: *Si audieritis vocē meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculiū de cunctis populis, & in regnum sacerdotale: nimirum spirituale.* De externo verò sacerdotio Deū Moyse præcepisse legimus quum ait: *Aaron & filios eius unges, & sanctificabis eos, ut sacerdotio fungantur mihi.* Eius sacerdotij munus sibi vsurpans Rex Ozias, moriente Azaria ne id faceret, lepra in fronte perfusus est. Ad distinctionē eius sacerdotij præter ea quæ dicta sunt, pertinet illud Pauli: *Dedit, inquit, quosdam quidem Apostolos, quosdā autem prophetas, alios verò euangelistas, alios autem pastores & doctores.* Ordinum ecclesiasticorum alij minores, alij maiores sunt. Minores quatuor: ianitorū seu ostiariorū, alij lectorū, exorcistarū, acolythorum. Maiores tres, sacerdotum, diaconorum, & hypodiatronum.



*Tanitores.* hypodiaconorum. Tanitores dicebantur, quibus custodia templi commissa erat, in hoc potissimum, ut astantes templi foribus, indignos à templo arceret: utpote infideles, hæreticos, excommunicatos, & cæteros eiusmodi. Præterea ostiarij custodiam habebant rerum ad usum Ecclesiæ pertinentium. Lectores, qui lectiones quotidie ex scripturis divinis publicè in Ecclesia recitabant, quemadmodum etiam nū in precibus horarijs ad clerum recitantur. Exorcistæ Græcè, Latinè adiurantes dicuntur, qui super vexatos ab immundis spiritibus, aut agitados dæmoniis illusionibus vel terriculamentis, nomē Domini inuocabant, & spiritum immundum compescebant: quod munus etiam synagoga nouerat, quemadmodum caput decimumquartum Actuum ostendit. Acolythi sunt, qui cōstitutos in maioribus ordinibus proximè comitantur. Acolythus enim Græcè, Latinè assectator dicitur: his postea mandatum est ut cereos quum in Ecclesia Euangelium legeretur, & sacrificiū laudis celebraretur, presbyteris ac diaconis anteferrēt, idq; in signū lætitiæ, ut vel fidelium animi cerimonia exteriori incitaretur ad contēplandam Euangelij lucem, & ad mentē erigendam ad Christum,



stum, qui est lux vera illuminans omnem hominē venientem in hunc mundum. Eorum ordinum mētio est apud Dionysiu Areopagitam, & in canonicis Apostolicis, præterea apud Ignatiū martyre. Quin & ad Thessalonicenses epistola ab Athenis per Tychicū diaconum & Onesimum acolythū à Paulo ostenditur esse missa, vt vel inde cōstet & Pauli tempore acolythos Ecclesie fuisse in ministerio eiusdē. Subdiaconi, *Subdiaconi* qui vasa dominici corporis & sanguinis ad altare deferunt, & epistolā pronunciant. In veteri Ecclesia officiu erat subdiaconorū, oblationes quæ à fidelibus in templo offerebantur, suscipere: ac diaconis dare altaribus superimponēdas, quæ sic in Ecclesia veteri fiebāt, vt ad victum cum sacerdotibus ac cæteris Ecclesie ministris, tum pauperibus sufficerent. Vnde & Paulus de collectis in sanctos faciendis ad Corinthios diligētissimè scripsit. Et alibi ait: *1. Cor. 16. 2. Cor. 9.*  
*Eum qui altari seruit, debere etiam de altari viuere.* Diaconi Græcè, Latinè ministri dicuntur: hi sacerdotibus sacramentia tractantibus astant, epistolam & Euangelium pronunciant, etsi nunc epistola per subdiaconum pronuncietur. In Ecclesia veteri diaconis dispensatio thesauri Ecclesiastici &



& cura pauperum, & Ecclesie ministrorum in primis demandata fuerat, ut colligere est ex capite sexto Actuum, ubi Apostoli dicentes non esse æquum ut derelicto verbo D E I, ministrarent mensis, iusserunt viros probatos septem eligi, qui curam eorum haberent, quæ ad victum pertinent. Præterea erant diaconi veluti oculi episcoporum, perscrutantes diligentius actus totius Ecclesie, ut referrent hæc ad episcopum, ut moneri ab episcopo possit is qui in præceptum lapsurus esset. *Diaconos*, ait Paulus, *debe- re esse pudicos, non bilingues, non multo vi- no deditos, non turpe lucrū sectantes.* **Presbyteri.** byteri, qui summum in Ecclesia ordi- nem gerunt, Latinè seniores appellantur. Quo nomine presbyter Petrus cō- presbyteros suos appellat. *Seniores* (in- quit) *qui in vobis sunt, obsecro conseru- & testis Christi passionū.* Seniores autem dicti, non tam ob ætatem, sed magis ob morum grauitatem & sapientiæ do- ctrinam, quæ in ipsis quàm maxime e- lucere debent. Ordo presbyteratus seu sacerdotij ordine quodam officiorum at dignitatum distinguitur. Nā quidam sunt episcopi Græco vocabulo dicti, Latinè superinspectores, quidam Archiepisco- pi, quasi principes episcoporum. Que- dam patriarchæ, hoc est summi patres.

Actuum. 6

1. Tim. 3.

Presbyteri.

1. Pet. 5.

Episcopi.

Patriar-  
chæ.

Hor  
torem  
pe Ro  
drin  
no ei  
stanc  
nus.  
nitud  
tis. C  
tui ve  
Deut  
super  
rio, q  
tuo, ex  
aufere  
tra se  
que a  
ortæ  
inde  
perat  
sacer  
sti co  
ria di  
uerfa  
legitū  
uinū  
post  
se non  
Ma  
per cu  
ficut

Ho-



Horum ante Constantinum Imperatorem numerabantur tres tantū, nempe Romanus, Antiochenus, & Alexandrinus. Nam principio sub Antiocheno erat Hierosolymitanus, post Constantinum additus Constantinopolitanus. Eorum summus est Romanus plenitudine administrationis ac potestatis. Cuius dignitas summo pontificati veteris legis responderet, de quo in Deuteronomio ita scriptū est: *Qui autē superbiert nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille, et auferes malū de Israël.* Est sanè hoc contra schismata magnum remediū. Neque aliūde hærefes, ait Cyprianus, obortæ sunt, aut nata sunt schismata, quā inde quōd sacerdoti Dei non obtemperatur, nec vnus in Ecclesia ad tēpus sacerdos & ad tempus iudex vice Christi cogitatur. Cui si secundū magistrā diuinā obtēperaret fraternitas vniuersa, nemo aduersum sacerdotum collegiū quicquā moueret, nemo post diuinū iudiciū, post populi suffragiū, post coepiscoporum consensum iudicē se non tam episcopi, sed Dei faceret.

Materia sacramenti ordinis est illud per cuius traditionem confertur ordo, sicut presbyteratus traditur per cardinalis.

*Iren. lib. 3. cōtra hæres. Tertul.*

*Deut. 17.*

*Cyp. lib. 3. epist. 3.*

*Materia sacramenti ordinis.*

ae mini-  
a fuerat,  
Actū,  
æquum  
strarent  
s septem  
quæ ad  
nt diaco  
scrutan-  
lesie, vt  
e moner  
æcipitiū  
ulus, debe  
multo vi  
es. Pres-  
fia orū  
pellan-  
trus cō-  
ores (in-  
onferit,  
es autem  
ed magis  
ntia do-  
aximè e-  
ratus seu  
iciorū ac  
idā sunt  
i, Latine  
hiepisco  
m. Quo-  
i patres.  
Ho-



*Impositio  
manuum.*

*1. Tim 5.  
Actuum. 6*

*Materia mi-  
norum ordi-  
num.*

licis cum vino & patenæ cū pane por-  
rectionem. Diaconatus verò per libri  
Euangeliorum dationem. Subdiacona-  
tus per calicis vacui cum patena. Præ-  
terea pertinet ad elementum eorum or-  
dinum impositio manuum, de qua Pau-  
lus ad Timotheum: *Manus cito nemini  
imposueris.* Et Actuum. 6. *Manuum im-  
positione confirmantur septem ab Apostolis  
ordinati in ministerium viduarum.* Item  
vnctio, quæ adhibetur sacerdotio ini-  
riandis, elementum est ordinis, quæ ab  
vnctio legis originem habet. In col-  
latione verò minorum ordinum dan-  
tur certa quædam instrumenta, quibus  
quod cuiusque ordinis munus sit expro-  
mitur, quæ vice elementi sunt, ut Osta-  
rio, clauis: Lectori liber biblicus. Exor-  
cista liber exorcismorum. Acolytha  
candelabrum cum cereo.

Forma autē ordinis sunt verba quæ  
profert episcopus in ordinandis ijs qui  
sacris ordinibus initiantur.

## DE MATRI- MONIO.

*Matrimo-  
nium quid.*

**M**atrimonium est legitima con-  
iunctio viri & mulieris, indivi-  
duam vitæ consuetudinem retinens.  
Legitimam quidem coniunctionē esse  
oper-



oportet, quum sunt plura ob quæ non  
 fit legitima, utpote cognatio, vis, &c.  
 quæ ab alijs describuntur. Quamuis au-  
 tem sub lege patrum, vnus plures vx-  
 ores duceret, & ductam aliquando dato  
 libello repudij à se dimitteret, tamẽ ma-  
 trimonium per Christũ restauratum, *Matth. 19.*  
 tale est, vt sit duorum tantum, hoc est,  
 viri vnus cum vna muliere cõiunctio.  
 Præterea vt vinculum coniugij inter  
 duos semel colligatum, nullo amplius  
 diuortio, sed sola alterutrius morte dis-  
 soluatur. De eo ita Christus apud Mat- *Matth. 19.*  
 thæum: *Qui fecit (inquit) hominem ab ini-*  
*tio, masculum & feminam fecit eos, &*  
*dixit: Propter hoc dimittet homo patrem &*  
*matrem, & adhaerebit vxori suæ, & erunt*  
*duo in carne vna. Itaque iam nõ sunt duo,*  
*sed vna caro. Quos igitur Deus coniunxit,*  
*homo non separet. Et paulò post: Moyses* *267. 23.*  
*ob duritiam cordis vestri permisit vobis*  
*dimittere vxores vestras, ab initio autem*  
*non fuit sic. Quamobrem quicumq; dimittit*  
*vxorem suam, nisi ob fornicationem, me-*  
*chatur. Quod & Apostolus interpreta-*  
*tur, cum ait: Iis qui matrimonio iuncti*  
*sunt, præcipio non ego, sed Dominus, vxo-*  
*rem à viro nõ discedere: quod si discesserit,* *1. Cor. 7.*  
*manere innuptam, aut viro suo recõciliari. Solutio ob-*  
 Quod verò hic **C H R I S T V S** ob iectionis.  
 fornicationem dimitti vxorem posse *Concil. Flg.*  
 insi-



**Causa ma-  
trimonij.**

**Finis ma-  
trimonij.**

**1. Cor. 7.**

**Bona ma-  
trimonij.**

**Aug. super  
Gene.**

**Ephes. 5.**

insinuat, hæc separatio thori & men-  
sæ consuetudinem inter coniuges scin-  
dit, vinculum coniugij nõ soluit. Cau-  
sa autẽ matrimonij regulariter est mu-  
tuus consensus per verba de præfenti  
expressus. Et quanquam prolis procre-  
andæ causa matrimonium potissimum  
contrahi debet, tamen qui contrahit et-  
iam vitandæ fornicationis causa, non  
peccat. *Habeat enim vnusquisq; vxorem  
suam, propter fornicationem,* inquit Pau-  
lus. Vis igitur huius sacramenti est, vt in-  
telligant coniuges se nõ humana, sed di-  
uina autoritate cõiunctos gratiã acce-  
pisse, qua ipsis legitimus cõgressus non  
imputetur ad culpã. Sunt autẽ tria bo-  
na matrimonij. Vnum, proles suscipien-  
da & educanda ad cultum Dei. Secun-  
dum fides quam vnus coniugum alteri  
seruare debet. Tertium indiuisibilitas  
matrimonij, propter hoc quod signifi-  
cat indiuisibilem coniunctionem Chri-  
sti & Ecclesiæ. In quem sensum dixit  
Paulus loquens de cõiunctione viri &  
vxoris: *Sacramentum hoc magnum est (in-  
quit) ego autem dico in Christo & Eccle-  
sia: hoc est, sub hac matrimonij institu-  
tione, mysticè Christi & Ecclesiæ læte-  
vnanimis & indissolubilis coniunctio.*  
Sicut enim patrẽ & matrẽ relinquit ho-  
mo, vt vxori adhæreat: sic quodammo-  
do



do patrē homo factus dereliquit Chri-  
 stus, sicut ipse ait: *Exiui à patre & veni Ioan. 16.*  
*in mundum.* Ob hæc igitur bona matri-  
 monium est honorabile. Quæ ignoran- *Damnâtes*  
 tes Manichei, Tatiani & Encratite, ma- *matrimo-*  
 trimonium reprehendere non dubita- *nium.*  
 runt, quam eorum temeritatem dānat  
 Paulus ad Timotheum scribens. Et in *1. Timo 4.*  
 Epistola ad Hebræos, ait: *Matrimonium Hebræ. 13.*  
*honorabile esse, & thorum immaculatum.*  
 Neque solum honorabile est, sed etiam  
 sacramentum, ob gratiā Christi, quæ ei  
 nunquam deest, ut cū vir vxorē suam  
 diligere possit perinde quasi Christus  
 Ecclesiam. Materia seu elementum ma- *Materia seu*  
 trimonij, est ille exterior actus quo con- *elementum*  
 iuges in nomine Domini copulantur, *matrimo-*  
 ac inter copulādum profitētur, se post- *nij.*  
 hac duos in vna carne futuros, sibi que  
 mutuo cōiugalem fidem perpetuō ser-  
 uaturos, cui cum sexu commixtio  
 accesserit, tum demum perfectum hu-  
 ius sacramenti elementū efficitur. For-  
 ma autē matrimonij est, verbum quo  
 ambo mas & foemina in Dei nomine *Forma ma-*  
 copulantur, ratione pietatis quæ in De- *trimonij.*  
 um est sibi fidē coniugalē dantes & ac-  
 cipientes. Est autem tale verbum Chri-  
 sti verbis innixum, quum inquit: *Quos Matth. 16.*  
*Deus coniunxit, homo non separet.*

DE



DE EXTREMA  
vntione.

*Finis vntionis.*

EXTREMA vntio dicitur non quod omnino extrema sit. Nam & reiteratur, sicubi morbus depulsus subinde redierit. Per Ecclesiam autem potissimum hac ratione ministratur, non vt agrotus eo percepto, statim vita defungatur, sed potius vt nedum mente sed et corpore (si ita Deo visum fuerit) conualecat, quod preces in ministrando hoc sacramento adhiberi solita declarant. Hoc sacramentum nisi

*Conci. Flo.*

*Loca in quibus vngendus egrotus.*

*Vntionem extremam qui primū exercuerunt.*

infirmo, de cuius morte timetur, dari non debet. Qui vngendus est in oculis propter visum, in auribus propter auditum, in naribus propter odoratum, in ore propter gustum, vel locutionem, in manibus propter tactum, in pedibus propter gressum, in renibus propter delectationem ibi vigentē. Hanc vntionem primi exercuerunt Apostoli, qui mandato Domini ad prædicandum Evangelium missi dæmonia eiciebant, & oleo vngebant multos infirmos, & sanabantur. Quæ vtique sacramentalis & mystica, non medicinalis aut corporalis vntio fuit: ad quem inter iniuriæ dei externa, etiã corporis sanitas, quæ internæ quoddam sanationis signum

con-



consequatur. De hoc sacramento & illud est Iacobi Apostoli: *Infirmatur Iaco. 5. quis in vobis? inducat presbyteros Ecclesie ut orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei saluabit infirmum, & alleviabit eum Dominus.* *Materia extremae unctionis est oleum oli- trerae un- uae per Episcopum benedictum. Solet tioneis.* autem esse triplex oleum in Ecclesia ab Episcopis in die coenae Domini consecratum. Oleum infirmorum, oleum ca- *Oleum in thecumenorum, et Chrisma ex oleo o- Ecclesia tri- plex.* liuae & balsamo compositum, de quo antea dictum est, ubi de confirmatione egimus. Forma huius Sacramenti est: *Forma ex- Per istam sanctam unctionem, & suam ip- trerae un- sius misericordiam, indulgeat tibi Do- ctioneis.* minus quicquid per visum, &c. Et simi- liter in alijs membris. Atque haecenus de sacramento dictum sit, nunc fides, spes, charitas describendae sunt, quibus primum locum post iustificationem in scopo biblico dedimus.

**FIDES, SPES,**

*Charitas.*

**R**eligionis Christianae virtutes praecipuae, sunt tres, fides, spes, cha- *virtutes ca- tholicae tres* ritas, quae Theologicae nominantur, hoc est, divinae, quod religione Christi- ana sint potissimum sequendae. Quibus &